



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

74 Exemptionis privilegium Societati Iesu concessum etiam extenditur ad  
bona acquirenda.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

illo casu non aderant verba ita prægna-  
tia, & universalia, prout in isto privilegio,  
in quo fit expressa mentio de decimis præ-  
dialibus, prout etiam non obstant illa ver-  
ba, etiam Papalibus, quia stant ampliati-  
& sunt positiva ad tollendam illam dif-  
ficultatem, an appellatione decimarum ve-  
niant decimæ impostæ à Papa, de qua per  
gloss. in *clem. dispensatam, in verb. decimis*,  
ubi Doctor. de iud. & visa est materia satis  
clara. Reseruarunt tamen Domini viden-  
dam, an dicta privilegia extendantur ad  
colonos, & an sufficienter sit derogatum *c.*  
*nuper, de decimis*, & an comprehendant  
bona quærenda, & quia prætenditur pro  
parte capituli, quòd dicta privilegia sint re-  
vocata, quòd ad istam exemptionem per  
Bullam fel. rec. Pij V. poterit super hoc  
particulariter videri.

Coram eodem, Carthageni. decimarum,  
Mercurij x. Decembris 1578. circa  
73 primam partem dubij, Domini ꝑ conclu-  
serunt privilegium exemptionis decimarum  
concessam Ven. Collegio Societatis  
Iesu per fel. rec. Pij IV. comprehendere et-  
iam colonos, & arrendatarios bonorum  
exemptorum, quia cum privilegium non  
solum concernat personas dicti Collegij,  
sed etiam res, & bona quæcunque, non est  
dubium, quin extendatur etiam ad colo-  
nos, & arrendatarios, ut per gloss. in *clem.*  
*i. in vers. excolendas, de decim.* ubi Card. q.  
22. & Vital. nu. 31 Rot. decis. 4. de privil. in  
antiq. Abb. in c. ex parte, il. 1. n. 4. de decim.  
Peret. in cons. 102. nu. 135.

Quò ad secundam partem, fuit etiam  
74 resolutum, ꝑ quòd dictum privilegium ex-  
emptionis extenditur etiam ad bona, & 77  
prædia acquirenda post concessionem  
privilegij, & moti fuerunt.

Primo ex verbis generalibus privilegij  
ibi, & bona quæcunque. Nam in materia  
75 quantumcunque odiosa, & alteri præjudi-  
ciali, non excluditur lata interpretatio, &  
ex proprietate verborum proveniens, ut  
per Aret. in l. cum lege. post prin. per illum  
text. ff. de testam. Calder. in cons. 1. in prin.  
vers. sed posset responderi, de consangu. & affi.  
Goz. in l. 2. numer. 165. C. de pact. inter  
empt. & vend. Aym. in l. 1. numer. 69 ff. de  
leg. 1. & fuit resolutum coram Aldobrandino  
in una Pharen. pensionis, de anno  
præterito, & licet stantibus verbis indefini-  
tis fortasse non comprehenderentur bona  
futura, ex not. in cap. quia circa de privil.  
(hoc enim casu posset reddi dubitabilis  
opinio, de qua per Nat. in cons. 340. n. 3.  
lib. 2.) cum tamen hic ꝑ habeamus verba  
universalia, & geminata, comprehendun-  
tur etiam bona futura, ex cons. Dec. 113. &  
alijs hic allegatis per informantes pro Col-  
legio.

Secundo, movebantur ex verbis d. privi-  
legij in specie loquentibus de bonis futuris,  
ibi omnia, & singula, domos probatio-  
num, & Collegia ubilibet consistetia,  
præsentia, & futura, eorumque nempe  
præsentium, & futurorum Collegiorum  
personas, fructus, redditus, aliaque res, &  
bona quæcunque à quibusvis decimis, & c.  
eximimus, ex quibus apparet, quòd Sum-  
mus Pontifex voluit etiam eximere bona  
futura Collegiorum in futurum erigendo-  
rum, nec non, ibi, etiam bonorum ecclesia-  
sticorum secularium, & regularium quorum-  
cunque pro tempore maiorum, quæ respec-  
tunt bona in futurum unienda, ex natura il-  
lius dictionis, pro tempore, ꝑ quæ denotat  
tempus futurum, Bald. in c. cum inter n. 7.  
de re iud. Rebuff. super cõcord. tit. de reg. ad  
Prælati.